



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ Pontificum Romanorum

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

Sandini, Antonio

Bambergæ, 1753

XXIII. S. Lucius I. Anno Christi. 255. Galli Et Volusiani Imperatoris 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65446](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65446)

XXIII.

S. LUCIUS I.

ANNO CHRISTI. 255.

GALLI ET VOLUSIANI

IMPERATORIS 2.

CORNELIO *ob Christum martyrio*

coronato successit Lucius (1) Por. Bar. ad
 phyrrii filius Romanus anno 255. an. 255.

XIII. Kal. Novembr. Ei & Ponti- §. 64.
 ficiam dignitatem, & reversionem Pag. an.
 ab exilio, quo affectus est Pontifica- 252. 9.
 tu vix inito, gratulatur D. Cypria- 14.

nus epist. 58. idemque epist. 67.

scribit, ejus perinde, ac deces-

foris Cornelii, studium enituisse

adversus Hæreticos, Novatianos.

Ita enim loquitur de utroque: *Illi*

pleni spiritu Dei, & in glorioso mar-

tyrio constituti, dandam esse Lapsis pa-

cem censuerunt, & pœnitentiã actã,

fructum communicationis & pacis negan-

dum non esse, litteris suis signaverunt.

In Libro Pontificali legitur statutum

ab Lucio, ut duo Presbyteri & Dia-

coni tres Episcopum usque comita-

rentur, testes vitæ ejus & actionum.

(2) Cujus decreti sancienti causam Bar. an.
 dedisse putantur calumpniæ in Cor- 257. §. 4.
 nelium 5. Pag.

an. 253. nelium confictæ à Novatiano. *Cum*
 9. 3. *annum unum, menses quatuor & dies*
duodecim in Pontificatu vixisset, anno
 257. IV. Nonas Martii confectus
 cruciatibus vitam posuit.

ANNOTATIONES.

(1) S. Hieronymus de Script Eccl. ex-
 tremo cap. 66.

(2) Quemadmodum Euaristus cavet, ut
 septem Diaconi *custodirent Episcopum*
pradicantem propter stylum veritatis,
 testimonium scilicet veræ ac sanæ prædi-
 cata ab eo doctrinæ; ita Lucius duos Pres-
 byteros, & Diaconos tres Episcopo co-
 mites adjunxit *propter testimonium Ec-*
clesiasticum, ut nimirum de vita ejus ac
 moribus respondere malevolis ac testari
 possent. Nam *propter malevolos, juxta*
Apostolum, oportet Episcopum & testi-
monium habere bonum ab iis, qui foris
sunt, ut est in cap. *Jubenus* 60. de
 consecrat. dist. 1. ubi hoc Lucii decretum
 recitatur & exponitur.

XXIV.

S. STEPHANUS I.
 ANNO CHRISTI 257.
 GALLI ET VOLUSIANI
 IMPERATOR. 4.

Bar. an. 257. 9. 6. **S**TEPHANUS Julii seu Jobii filius,
 Romanus, qui Pontificibus Cor-
 nelio